



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 10. Quid notandum sit circa prærequisita antequam feratur vel incurratur censura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

Episcopo inferiores, nec obligari denunciante, præmonentes ut caveatur censura, sed solos censurantes. Satis autem est scribi per alium, & subscribi à Judice, ac per alium coram & nomine Judicis legi, uti habent AA. cum *Sperell.* à n. 1. qui à n. 22. & 41. infert Judicem ferentem sine scripto sæpe excusari, 1. si alicubi sit contrarius stylus. 2. Si adsit ignorantia, & absit dolus. 3. Si sententia non sit pura, sed v. g. conditionalis, nisi solverit intra tres dies. 4. Si sententia effectum non habuerit. 5. Si scriptio fieri non possit, & sit periculum in mora, &c. Videri possunt plura apud *Pignat.* tom. 6. conf. 19. à n. 29.

71.

§. 5. Si causa de cætero subsit, & censura à Superiore invito feratur ex metu cadente in vicium constantem, probabilis est cum *Castrop.* d. 1. p. 5. n. 2. & *Krim.* n. 1646. valere, quia qui per metum geruntur, Jure naturæ valent, cum metus relinquat voluntarium, nec rescitur, quod Jus positivum rescindat sententiam censuræ, uti quod absolutionem à censura metu extortam rescindat scimus ex Cap. un. *De his que vi,* quia nempe hoc postremum erat magis in favorem potestatis ecclesiasticæ, *Krim.* n. 1647.

72.

Q. 10. Quid notandum sit circa prærequisita, nequam feratur vel incuratur censura. R. §. 1. Lentè procedendum est in censuris secundum *Trid.* relatum n. 18. & prius tentanda alia media, *Barr. Felin. Pignat.* tom. 6. conf. 19. n. 22. ac ordinari præmittendæ monitiones tres cum intervallo aliquot dierum, uti colligitur ex illis, que adducit *Sperell.* decis. 160. à n. 1. tamen idem res ostendit à n. 16. & pluribus decis. 48. à num. 1. quando agitur de reprimenda violentia & turbatione actuali jurisdictionis exercendæ, non est



esse opus istis monitionibus, dummodo detur breve tempus, intra quod contumax citatus parere possit, & à violentia desistere. Et eadem firmat *Pignat. tom. 1. conf. 170. n. 9.*

§. 2. Ut incurratur censura ipso facto à Jure 73.  
lata, aut etiam ab homine per sententiam generalem & publicam circa delicta futura, non prærequiritur ulla monitio, quia Jus & statutum censuram imponens, cum sit publicum & permanens, semper manere intelligitur, uti rectè *Busenb. Delb. c. 2. d. 4. f. 22. Engel 1. 5. tit. 39. n. 8.* Quòd si censura feratur ab homine ob culpam commissam, ut censeatur contumax, prærequiritur monitio ad instantiam partis læsæ, & auctoritate ejus, qui censuram feret, facta personaliter ipsimet censurando coram testibus, aut si dolosè lateat, in ejus domo vel ecclesia, aliòve loco publico, eaque trina & in scripto, additis causis, & concessis debitis intervallis, v. g. duorum saltem dierum, ita *De Luca De Benef. disc. 60. n. 7. Pignat. tom. 6. conf. 19. n. 4.* urgente tamen causâ licitè feretur, si præcesserit una monitio sine solito intervallo, & quamvis causa non siturgens, dummodo præcedat una monitio & morale intervallum pro explenda actione præcepta, aut pro vitanda prohibita, censura adhuc erit valida. Quòd si omittatur omnis monitio, probabile est contra *Pignat. à n. 6. & Pelliz. tr. 7. c. 1. n. 78.* non fore validam, quia non erit medicinalis, debet autem illi monitioni annecti censura, non ferendæ sed lætæ sententiæ, *Dicast. d. 2. dub. 20. & Castrop. d. 1. pu. 5.* ubi n. 5. notat, quòd suspensio & interdictum quando feruntur, non ut censuræ, sed ut pœnæ & vindictæ, tum monitionem præviam non requi-



quirant, & idem habet *Pelsiz.* suprà n. 80. ubi n. 78. dixit, quòd quando non tantùm peccatum, sed & contumacia est notoria, etiam non pràrequiratur monitio, addit autem n. 79. Prælatos regulares communiter non egere tali præmonitione. Videri possunt *Delb.* suprà & *Krim.* à n. 1712.

74. §. 3. Quamvis lex tulerit censuram ipso facto, nec pràrequisita fuerit ulla monitio, pràrequiritur tamen citatio censurati, ut paulo post dicitur. Nequit autem ferri excommunicatio et indiciis etiam indubitatis, sed requiritur certa, plena & concludens probatio, *Fill. Sperell.* *Pignat.* tom. 9. conf. 11. n. 5.

75. Q. 11. Quid notandum sit circa denunciationem censuræ. R. §. 1. Denunciatio est executio & publicatio censuræ, facta ab eo, qui censuram tulit. *Cap. Cura.* 11. q. 3. *Cap. Peruenit* 1. & *Cap. Populalis* §. *Verum*, *De appel.* *Cap. Parochianos*, & *Cap. Conquesti*, *De sent. excomm.* Hæc autem denunciatio intelligitur de censura lata in particularem personam à Judice post canonicam monitionem, *Krim.* à n. 1765.

76. §. 2. Ante denunciationem, v. g. excommunicationis incurse reus citari & audiri debet, aliàs denunciatio nulla est, *Clement. Sape*, *De verb. signif.* *Nav. Man. c.* 22. n. 10. & l. 5. *De sent. excomm.* conf. 20. n. 20. *Covarr. in Cap. Alma mater cõcl.* 2. *De cens. De Luca.* *De Benef.* d. 60. n. 7. *Mench. casu* 541. n. 7. & casu 543. n. 27. *Diana p.* 5. t. 9. R. 61. *Suar. Castrop. d.* 1. p. 9. n. 12. *Pl. l. 2. tit.* 29. f. 3. §. 3. *Dicast. d.* 2. n. 274. *Sperell. d.* 48. *Pignat. tom.* 9. conf. 49. & tom. 6. conf. 11. n. 48. & 68. Et si reus se correctum & submit-

ostendit ad  
n. 177  
§. 3  
execut  
præreq  
aliæ ta  
vatio c  
væ, in  
non ob  
quam  
jure, n  
declara  
ad tale  
fulas il  
pena  
va sent  
clausu  
tione  
punctu  
Dian. F  
Sereniu  
declara  
cursæ  
crimir  
seatur  
purgan  
tiz per  
habili  
irregul  
quia li  
est inh  
quam  
nitiva  
§. 4